

adduxisset illud : « Dimitte eum, ut maledicat
 « juxta præceptum Domini, si fortè respiciat
 « Dominus afflictionem meam, et reddat mihi
 « bonum pro maledictione hæc, subjecti : Qui-
 « bus profectò verbis indicat, quia pro perpe-
 « trato Bethsabee scelere, exurgentem contra
 « se filium fugiens, reduxit ad animam malum
 « quod perpetravit, et æquanimiter pertulit
 « quod audivit, et contumeliosa verba non
 « tam convicia, quàm adjutoria credidit, qui-
 « bus se purgari, sibi que misereri posse judi-
 « cavit. Tunc enim illata convicia bene tole-
 « ramus, cum in secreto mentis ad mala
 « perpetrata recurrimus. »

ET QUIS EST, QUI AUDEAT DICERE, QUARE SIC
 FECERIT? Impudens esset, et stuporis insignis,
 qui à Deo quæreret cum stomacho, quid ne-
 gato imbre cœlesti, spem frugum ademerit,
 quid grandine protriverit fruges, quid urente
 vento spicæ sint exustæ, et arborum flores,
 cur de cœlo vibrata fulmina, dejectæ turres,
 et discissæ quercus. Eodem etiam modo excors
 esset et stolidus, qui cum ab homine, aut per
 homines potius infligantur mala, quæ à Deo
 nobis aut jubente, aut permittente advenisse
 existimaret, indignemur tamen, et quæramus
 à Deo, cur ita faciat, cur nostra disperdat, at-
 que enecet; cur nomini nostro ab inimicis, aut
 à petulante turbâ patiatur illudi. Hæc autem
 verba spectare videntur illud Abisai verbum
 minax, et vindictæ appetens : *Quare maledicit
 camis hic mortuus domino meo regi?* Quasi dicat,
 à Deo non esse quærendum, quid ita faciat,
 qui Semei, ut David hoc loco cogitat, jusserit
 ut regi maledixerit.

VERS. 11. — ECCE FILIUS MEUS, QUI EGRESSUS
 EST DE UTERO MEO, QUÆRIT ANIMAM MEAM, QUANTO
 MAGIS NUNC FILIUS JEMINI (1)! Indignatus fuerat,
 ut notavit supra Bernardus, David in Abisai
 ulciscendæ ignominie regie studiosum; et
 causam illudentis et subsannantis susceperat,
 usque adeò non gravatè tulerat insurrantibus
 injuriam : nunc ut Semei quasi clientis sui
 patrocinium suscipiat, rationem aliam adducit,
 cur ab illo tunc non expediat exigere suppli-
 cium, idque hæc ratione persuadet, quia si
 filius, qui alter ipse debuit esse, cum esset
 pars sui, vitæ suæ tam insidiatur hostiliter,
 quid mirum, si homo ex alienâ familiâ, Saûli

(1) Vir è tribu Benjamin, quæ partium Da-
 vidis nunquam studiosa satis fuerat. E Ben-
 jaminitis enim non nisi tria millia Hebronem
 venerunt, ut regem illum agnoscerent : reliqui
 amore suum erga domum Saûlis gentilis sui
 nondum penitus exstinxerant. (Calmet.)

cognatus, non telo, sed linguâ, non armis, sed
 voce petulanti lacescat? Porro filium, aut
 virum Jemini, idem esse quòd Benjaminitam,
 alibi à nobis sæpius probatum est. (1)

(1) VERS. 12. — SI FORTE RESPICIAT DOMINUS
 AFFLICTIONEM MEAM. Patientie suæ sacrificium
 Deo offert, cujus est victima dolor et peni-
 tudo cordis, certò sciens, *cor contritum et hu-
 miliatum à Deo non despici*; atque inter sacri-
 ficia illud esse Numini gratissimum, quod illi
 exhibet *spiritus contribulatus*. (Calmet.)

S. Ambr. l. 1. de Offic. cap. 48, notat hic
 tres rationes, quibus David probat sibi tole-
 randam esse hanc Semei maledictionem : « Vide,
 « inquit, quomodo et humilitatem et justitiam
 « et prudentiam emerendæ à Domino gratiæ
 « reservaverit. Primò dicit : *Idèò maledicit
 « mihi, quia Dominus dixit illi ut maledicat*;
 « habes humilitatem, quia ea divinitus impe-
 « rabantur, æquanimiter quasi servulus fe-
 « renda arbitrabatur. Iterum dicit : *Ecce filius
 « meus, qui exivit de ventre meo, quærit animam
 « meam*. Habes justitiam; si enim à nostris
 « graviora patimur, cur indignè ferimus quæ
 « inferuntur ab alienis! Tertio ait : *Dimitte
 « illum, ut maledicat, quoniam dixit illi Domi-
 « nus, ut videat humiliationem meam, et retri-
 « buat mihi Dominus pro maledicto hoc*. Nec
 « jam solum conviciantem pertulit, sed etiam
 « lapidantem et sequentem illæsum reliquit,
 « quin etiam post victoriam petenti veniam,
 « libenter ignovit. Quod eò inserui, ut evan-
 « gelico Spiritu sanctum David non solum
 « inoffensum, sed etiam gratum fuisse convi-
 « cianti docerem, et delectatum potius quàm
 « exasperatum injuriis; pro quibus mercedem
 « sibi reddendam arbitrabatur. » (Corn. à Lap.)

*Peut-être que le Seigneur regardera mon afflic-
 tion*. Il semble que ce prince si humble était
 alors dans la même disposition où Jésus-Christ
 a été depuis, lorsqu'il a dit à saint Pierre, qui
 voulait empêcher les Juifs de le prendre :
*Pourrais-je ne pas boire le calice que mon Père
 me présente? Calicem quem dedit mihi Pater,
 non bibam illum?* Car il a reçu, selon la pensée
 de saint Augustin, les injures sanglantes de
 Séméi, comme une liqueur très-amère, mais
 très-salutaire en même temps, que lui présentait
 ce médecin suprême qui lui avait promis
 de le guérir. Et en effet cette espérance ne le
 trompa point. Car Dieu, qui résiste aux super-
 bes, et qui ne peut résister aux humbles, dont
 il est, au contraire, le consolateur et le pro-
 tecteur, fut apaisé par cette soumission si pro-
 fonde et si sincère que lui offrit ce roi péni-
 tent. On peut dire même en un sens véritable
 qu'Absalom fut vaincu à cette même heure,
 et que Séméi servit plus à David par ses in-
 sultes, que cinquante mille hommes n'auraient
 pu faire par tous leurs efforts, parce que la
 manière si humble avec laquelle ce prince
 reçut une injure si atroce, désarma la colère
 de Dieu, et attira sa protection sur lui, et sa
 vengeance sur ses ennemis.

On peut remarquer encore sur cette con-
 duité de David, qu'il a suivi une excellente
 règle que les saints nous ont donnée, pour la
 perfection de la pénitence. Lorsqu'un homme,
 disent-ils, est véritablement touché du regret

VERS. 14. — ET REFUGILLATI SUNT IBI. Sta-
 tuerat, ut supra vidimus, David subsistere in
 solitudine campestri, et ibi expectare quid
 facto opus esset. Eò igitur pervenit cum po-
 pulo lassus ex itinere, cum illud suis pera-
 grasset pedibus, neque via esset expedita, et
 facilis; ubi omnes paululum sunt à labore
 recreati, et refecti cibo.

VERS. 15. — ABSALOM AUTEM, ET OMNIS POPU-
 LUS EJUS INGRESSI SUNT JERUSALEM. Eodem tem-
 pore, quo David pervenit ad campestre deser-
 tum, ingressus est Absalom cum exercitu
 conjurato Hierosolymam, et aliâ ex parte
 Chusai Arachites, ut in fine capituli præceden-
 tis audivimus. Quod reliquum est ad capituli
 usque finem, apertum est, neque operam
 desiderat interpretis. Tantum enim habemus,
 quomodo Chusai in Absalomis se gratiam in-

de ses fautes, et qu'il a de l'amour pour celui
 qu'il a offensé, il ajoute quelque chose de lui-
 même aux châtimens que Dieu lui envoie,
 pour témoigner qu'il les accepte de tout son
 cœur, et qu'il croit ce qu'il souffre infiniment
 au-dessous de ce qu'il mérite. C'est ce qui
 paraît clairement dans tout ce que fait David
 en ce jour de son affliction et de sa douleur.
 Il ne se contente pas de se retirer de Jérusa-
 lem, comme la sûreté même l'y obligeait, mais
 il s'en retire *en pleurant, ayant les pieds nus,
 la tête couverte, et tous ses gens pleurant avec
 lui*. Il pouvait emmener l'arche avec lui, comme
 les prêtres le lui avaient offert; mais il s'en juge
 indigne, et il n'attend que de la bonté de
 Dieu la grâce de la recevoir. Il ne pouvait pas
 empêcher que son propre fils et tout son
 royaume ne se révoltât contre lui; mais il lui
 était aisé de se défendre et même de se venger
 des outrages de Séméi qui n'était qu'un particu-
 lier, ce qui rendait son insolence plus in-
 supportable, et ce qui la pouvait faire paraître
 d'une conséquence plus dangereuse. Et cepen-
 dant, bien loin de punir cet homme audacieux,
 il arrête celui qui était prêt de le faire. C'est
 pourquoi Théodoret dit de cette action de Da-
 vid, « qu'il regardait Dieu comme celui qui le
 « châtiât, et Séméi comme la verge dont il
 « ressentait le coup. Ce saint prophète, ajoutez-
 « t-il, ne murmure point contre la verge
 « qui le frappe, de peur de ne pas respecter
 « assez cette main suprême dont elle n'était
 « que l'instrument. » Heureux sont les péni-
 tents à qui Dieu inspire une disposition si
 humble, puisqu'il n'y a point de si grande
 maladie qui ne puisse être guérie par un remède
 si saint. (Sacy.)

VERS. 15. — TERRAM SPARGENS. Hebræus ad
 litteram : *Pulverabat in pulvere*; pulverem et
 terram in aera furiosorum more dissipabat;
 quod inter populos illos familiarissimum erat.
 Verba faciens Apostolus ad Judæos Jerosoly-
 mitanos, cum mandata sibi à Deo tradita reci-
 taret : *Vade, inquit, quoniam ego in nationes
 longè mittam te; continuo adstantes vocifera-
 bantur, et projiciebant vestimenta sua, et pulve-
 rem in aerem jactabant*. (Calmet.)

sinuarit, quò melius explorare posset, atque
 dispicere illius consilia, et quo in statu esset
 res Solymitana. Et impium consilium de teme-
 rando paterno lecto datum ab Achitophel, et
 pari impudentiâ atque impietate ab Absalome
 susceptum. (1)

VERS. 21. — UT CUM AUDIERIT DOMUS ISRAEL,
 QUOD FOEDAVERIS PATREM TUUM, ROBORENTUR TE-
 CUM MANUS EORUM (2). Hic nobis explorandum

(1) VERS. 16. — CHUSAI AMICUS DAVID. FAVORE
 principis et amicitia pollebat, causâ ejus,
 quod gerebat, muneris.

CHUSAI ARACHITES. Hebræus : *חושאי ארצות*,
Arachæus; quod facile genus referret à vetu-
 stis Aracæis, quos Moyses inter posteros Cha-
 naani recenset. Aracæis hæc sedes erant in
Araca, vel *Arca* Phœnicia, inter Aradum, vel
 Arthosiam, et Tripolim, Vide Itinerarium An-
 tonini. Propè hanc urbem fluebat amnis, si
 quis erat, Sabbaticus. Ibi natus est Aurelius
 imperator, qui nomen Alexandri è templo
 Alexandri sumpsit, ubi editus à matre est.
Arca, vel *Aræ* appellatur etiam Cæsarea. Unica
 sententiæ hujus difficultas ea est, quòd nomen
Aracæorum aliter scribatur. Quare appellatio-
 nem *Arachi* ducere maluerim ex urbe Arach, vel
 Archi, in finibus Benjamin et Ephraim, ad occi-
 dentem Bethel, Bethoronem versùs. Ita Chusai
 ad tribum Benjamiticam pertinebit. (Calmet.)

VERS. 18. — ILLIUS ERO, QUEM ELEGIT DO-
 MINUS. Quo pacto ista cum sinceritate et æqui-
 tate Chusai cohæreant? Affirmare poterat,
 integrâ fide, Absalomum à Deo electum fuisse?
 Scimus equidem, *vocem populi, vocem esse Dei*,
 atque in similibus rerum articulis plerumque
 de jure principum, et causis rei ab universo
 populo gestæ, judicium ferre ad privatos non
 pertinere. Sed causa Absalomi longè alia erat.
 Israel regem suum agnoverat, et longâ posses-
 sione confirmaverat. Absalom usurpator erat
 et rebellis, publicus, exploratus, quod utique
 nemo melius quàm Chusai nôrat. Nihilò tamen
 seciùs indignâ assentatione novo principi sub-
 blanditur, ut incautum decipiat. *Ægrè utique
 ista cohæreant cum iis quæ ratio et Evangelium
 de homine justo et sincero docent*. (Calmet.)

(2) Achitophel dit à Absalom : *Voyez les con-
 cubines de votre père, afin que lorsque tout Israël
 saura que vous l'avez déshonoré, il s'attache plus
 fortement à votre parti*. Théodoret demande
 comment Achitophel étant si méchant et David
 si saint, ce prince, comme il est marqué un
 peu auparavant, en avait fait un de ses ministres.
 Mais il répond que cet homme était dé-
 guisé, et qu'il cachait sa malice avec adresse.
 Il diversifiait ses conseils selon les personnes.
 Il en donnait de bons aux bons, et de mauvais
 aux méchants, comme n'ayant pour règle que
 son intérêt. C'est pourquoi ce ministre peut
 passer pour un modèle de cette sagesse char-
 nelle et politique que les hommes admirent
 et que Dieu condamne. Car c'était un génie
 extraordinaire, capable de se démêler des af-
 faires les plus difficiles; et il savait trouver
 avec une facilité incroyable les moyens assurés
 pour arriver à la fin qu'il s'était proposée, sans
 se mettre en peine que cette fin fût bonne ou
 mauvaise, ni que ces moyens fussent justes ou

est. nam cætera explicatione non egent, quid utilitatis afferre potuerit hoc Achitophelis consilium studiis et votis Absalomis; nam tanti sceleris turpitudine abalienare potius debuit, quam allicere populares animos. Hanc Josephus in tam nefario scelere utilitatem invenit, cui Abulensis, Lyra, Dionysius, Historia Scholastica, et plures alii subscribunt. Cum enim Absalom juvenili quadam ambitione, atque æstu videri posset consilium illud occupandi regni suscepisse, neque rarò contingat, ut juveniles impetus faciliè, cum aliquid inciderit difficile, frangantur, existimare poterant, qui tunc illius votis atque studiis favebant, mutaturum animum, et gratiam inventurum apud patrem, quem exorabilem agnoverant, neque ad agnoscendum difficilem. Tunc autem ex eà conjuratione illum videbantur habituri successum, ut nihil in Absalome haberent præsidii, et magnam apud parentem regem offensionem, cum adversus illius caput et regnum infideles manus et animos armassent. Quare, ut spem omnem veniæ à parentis benignitate sibi præcideret Absalom, atque obstinatius negotium persequeretur inchoatum, ad illud scelus illum est adhortatus Achitophel, quo nullum excogitari poterat gravius; nullum, quod magis regium animum pudore atque dolore compungeret; nullum indignius veniæ, ut populus inde prudentem caperet conjecturam, nunquam fore ut adolescens, licet natura

injustes. Lors donc que l'Écriture dit que ses conseils étaient regardés comme les oracles de Dieu même, elle se sert d'un langage humain pour parler aux hommes. Elle veut marquer par cette expression cette lumière naturelle qu'il avait reçue de Dieu, qu'il aurait dû employer à des usages saints et légitimes, et dont il se servait, au contraire, pour venir à bout des entreprises les plus détestables et les plus diaboliques. C'est ce qui paraît dans le conseil qu'il donne à Absalom en cette rencontre. Rien n'est plus sage que cet avis, si l'on en considère l'utilité seule, puisque c'était un moyen indubitable pour faire arriver ce prince ambitieux où il tendait, qui était de détacher tous les Israélites du service de David, et de les attacher à ses intérêts.

On voit par l'exemple de ce ministre si habile, et de ce jeune prince qui avait de si grandes qualités naturelles, que les raisons les plus éclairées s'obscurcissent, et ne servent plus que d'instruments aux crimes les plus énormes, depuis qu'une passion violente s'est une fois emparée du cœur. Car ce ministre donne un conseil qu'il n'y a que l'esprit de malice qui pût inventer, et ce prince fait une action dont le comble de la méchanceté humaine paraît à peine capable, et qui n'est digne que de l'enfer. (Sacy.)

levis, aut pudore, aut metu violati parentis, in susceptâ cogitatione langueret. Et ideo addidit Achitophel: *Ut roborentur tecum manus eorum*, quia illa suspicio de conciliandâ pace debilitaret animos, et arma prorsus è manibus excuteret. Quare consilium illud et Absalomem regem constituere, et illius asseclas fortunatos reddere putabatur. Hæc mihi ratio omnium maximè placet, et quia aliena non est, et quia probatur pluribus.

Sed addam ego suspicionem meam, suspicionem, inquam, non opinionem, quæ aliquid hic odoratur quasi in regnorum occupatione legitimum. Scimus usurpatum aliquid à regio munere, aut personâ, aut quod ad unius regis usum, aut dignitatem pertinebat, auspiciis fuisse, aut initium regni, veluti si quis in regio sederet solio, aut coronam sibi per jocum imponeret, si vestem assumeret regiam. Sanè, ut docet in Artaxerxe Plutarchus parum à principio, qui regiam vestem induisset, capitale censebatur admisisse crimen. Et Pompeius cum in cruribus cretata gestaret fasciam, quod imperatorium erat insigne, suspicionem apud aliquos movit affectati imperii. Ejus fortassè generis fuit cum regiâ sive conjuge, sive concubinâ, corpora miscere, quod uni tantum regi licebat; quod qui assecutus esset, magnum sibi videretur ad regnum aperuisse aditum. In eam ego cogitationem veni, quia hoc ipsum Salomon horruisse videtur. lib. 3 Reg. cap. 2, v. 22. Nam cum Adonias uxorem sibi peteret Abisag Sunamitidem, quæ licet nunquam à parente cognita fuisset, secus tamen à populo existimari poterat, respondit matri Bethsabee, quam eam ob rem Adonias ad Salomonem allegarat: *Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei et regnum, etc.; et nunc vivit Dominus, etc., quia hodiè occidetur Adonias.* Hæc mea suspicio est; scio non satis firmum habere fundamentum, alius fortassè inveniet. Interim prior mihi sententia potior est.

Libet hic de consiliario Achitophel et de Absalomis improbitate aliquid ad extremum adjicere, de quibus multa Patres et interpretes. Et primum de Achitophel, qui tale adolescenti leviculo ac credulo consilium dedit, quale neque suggeri potuisse videbatur à diabolo. Quærit hic Procopius, quomodo David vir sanctus et prudens usus est tandiù viri usque adeò scelerati consilio, et ita respondet: *Certum est Achitophelam se rebus præsentibus accommodasse, et pro utriusque ingenio et moribus consilium dedisse; erga*

bonum malitiam celans, erga pravum ostendens. Sumpsit, opinor, ex Theodoro, sicut alia plurima, qui eandem sententiam q. 35, magis amplificat: *Sceleratissimi, inquit, dæmones celant suam nequitiam, convertentes cum bonis: sed si invenerint aliquem qui eorum delectetur studiis, eam aperiant, et ea loquuntur, quæ conferunt audientibus. Iste quoque erat talis. Nam et divino Davidi eas adhibebat suasionem et consilia, quæ optimo ejus scopo convenirent, et ea Absalomi consulebat, quæ ejus congruebant moribus. Timens enim ne natura eos rursus conjungeret, deinde, si fieret reconciliatio, pœnas daret proditiōis, extremam illam suggerebat iniquitatem, ut reconciliatio nullus pateret aditus. Statim autem dedit pœnas illius impiæ et nefariæ suasionis: et quoniam in patrem armavit filium, ipse rursus in se armavit manus, et iis laqueum collo injiciens miserum sustinuit finem. Nam cum ad rerum finem prævidendum esset idoneus, non admittit ejus suasionem Davidis futuram credit victoriam; et timens proditiōem, suâ manu de se sumpsit supplicium.*

De Absalomis jam improbitate pauca, de quâ Salvianus, lib. 2 de Providentiâ. *Jam, inquit, hinc juxta verbum Dei inestimabilis mali commutatus. Insidias diti pater à filio patitur, regno pellitur, et ne occidatur, profugus abscedit. Impurior nescias, an crudentior filius: quia interficere patrem non potest parricidio, fœdat incestu, et quidem incesti nefas per industriam accumulandi sceleris elato. Cum utique facinus, quod etiam secreta abominabile facerent, perceptor parentis publicè perpetraret: scilicet ut feralissimo crimine non pater tantum absconsus deformaretur, cum oculi etiam totius orbis publico fœdarentur incestu.* De eadem re optimè et elegantissimè Chrysostomus tom. 1, Homil. de Absalome patrem persequente. *Quis te, inquit, ô Absalom, in hoc facinus prosilire, parricida teterrime, docuit? Quis te furor audere tam immane facinus provocabit? Si offendit, pater est;*

CAPUT XVII.

1. Dixit ergo Achitophel ad Absalom: *Eligam mihi duodecim millia virorum, et consurgens persequar David hæc nocte,*

2. Et irruens super eum (quippe qui lassus est solutis manibus), percutiam eum,

si læsit, genitor. Quin imò neque offendit, nec læsit. Vincat timorem pietas, affectus insaniam superet, crudelitatem natura debellet. Aut numquid te pater, quia non læsit, offendit; aut idcirco te offendit, quia non læsit? Qui forsitan non offenderet, si læsisset. Et paulò post: *Bestiæ et mutæ pecudes pietatis jura conservant, et quibus natura denegat rationem, non tamen denegat pietatem. Innocentem perimere nefas est, patrem occidere scelus. Prophetam jugulare facinus inauditum, et ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum. Cessa jam ab isto scelere, cessa, cessa, inquam, ne te boni omnes semper exhorreant, ne audaces ex te, quod non noverant, discant. Cessa, inquam, ne qui post te tantum facinus perpetraverit, te utatur auctore. Cur mundo novum facinus tradis? Cur doces quod natura non novit? Cur aures perficere, quod novo supplicio cogatur Deus vindicare? Lege reliqua, quæ planè admirabilia sunt, quæque ego invitatus omitto: sed longus esse nolo, neque hoc, ut ego censeo, interpretis opus est. (1)*

(1) VERS. 22. — INGRESSUS EST AD CONCUBINAS PATRIS SUI CORAM UNIVERSO ISRAEL. Oculis totius populi patebant ea tentoria, in superiori regiâ domus tecto erecta, et palam omnibus Absalom intrò ingressus est cum uxoris secundariis, quas David in urbe reliquerat; cæteras enim secum duxerat; atque ita sua fides mansit vaticinio Nathani: *Tollam uxores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo, et dormiet cum uxoris tuis in oculis solis hujus.* Superati regis uxores inter exuvias regi victori cedebant. Vide supra, 8. Smerdis potitus regno Persarum, post Cambysis mortem, uxores illius omnes adscivit in torum.

VERS. 23. — QUASI SI QUIS CONSULERET DEUM. Tantam sibi prudentiæ laudem comparaverat Achitophel, ut ejus consilia perinde ac oracula haberentur. Hyperbolicum est quidem hoc; sed magnâ rerum experientiâ excultum fuisse illum oportet, magno ingenii acuminis ac solertiâ præditum, cum David in afflictis rebus suis nihil metueret magis, nihil haberet antiquius, quam ut consilia periti hujus æque ac perniciosi hostis præcaveret. Monita ejus maximi fuisse ponderis opus est, ut facile admitterentur in re adeò turpi atque odiosâ, ut scilicet filius patris sui uxoris abuteretur. (Calmet.)

CHAPITRE XVII.

1. Achitophel dit donc à Absalom: *Je vais prendre douze mille hommes choisis; j'irai poursuivre David cette même nuit;*

2. Et fondant sur lui (car il est fatigué et ses mains sont défaillantes), je le battrai, tout le